The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Studium ai
cum uariis

Vitam in peregrinacione agentibus hoc euenit ut multa hospicia habeant, nullas amicicias. Idem accidit hiis qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursim et properantes transeunt. Non prodest cibus qui statim sumptus emittitur. Nichil ita sanitatem impedit sicut remediorum crebra mutacio. Non conualescit planta que sepe transfertur; nichil tam utile est quod in transitu prosit. Sed modo, inquis, hunc librum euoluere uolo, modo istum. Fastidientis stomachi est multa degustare; que ubi uaria sunt et diuersa, inquinant non alunt. Cum igitur multa percurreris, unum excerpe quod illa die concoquas.

Seneca ibidem (II. epistola).

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

Studium ai] Studium ah P V^1 V^2 L^1 L^2; idem] item P V^1; se *om.* B; se ingenio] ingenio se P V^1 V^2 L^1 L^2; properantes] properanter V^2 L^1 L^2; mutacio] mutato *add.* (*del. infra*) M; tam] ita V^2 L^1 L^2; inquis] inquit P V^1; istum] illum P V^1 V^2 L^1 L^2; alunt] aliter P V^1; percurreris] procurreris M; Seneca *om.* L^1 L^2